

De expugnatione Cōstantinopolis



Voluerat iā pridem animo maomethes quo nā modo Cōstantinopolim sibi subigere posset neq; ad suā
 gloriam pertinere arbitrabat urbem in medio turchorū sitam esse que suo imperio nō pareret. tantoq;
 maius inde nomini suo decus accedere si eam urbem expugnaret q̄to p̄genitores sui idem conati turpib;
 accepti destitissent. Cū paucis igif̄ participato cōsilio castellum iuxta littus ad hostium bosphori paulo ab
 urbe remotius aliud dissimulās incredibili celeritate extruxit ac munivit. bellum deinde urbi nō modo in-
 duxit sed contra inita federa contra iusiurandū intulit simul ⁊ gerere cepit. Denserant eius animū greci dis-
 fidentesq; suis viribus ad latinoꝝ opes confugerant lacrimis ac fletibus auxilia expetētes. Surde proch
 pudor nostroꝝ principū aures fuere. ceci oculi. qui cadente grecia ruituram xp̄iane religionis partem non
 viderunt quibus priuatis quēq; aut odijs aut comoditatibus occupatum salutem publicam neglexisse magi-
 crediderim. Maomethes interea coactis vndiq; copijs mirabili apparatu formidādo impetu terra mariq;
 regiam urbem aggressus cuniculis ac latentibus fossis altissimis actis aggere late edito ponte qua perant
 oppidum versus mare muros alluit urbis longitudinis ad duo milia passuū raptim extracto. turribus li-
 gneis eousq; erecti vt muros (quibus altissimos) excederent. machinamentoz tormentozūq; multiplici adhi-
 bito genere. oppugnata est urbs defensaq; summis vtrinq; viribus. non paucis diebus ad extremum vo-
 cē p̄conis totis castris inclamatū est. Quarto kalend. maij milites omnes ieiuniū sanctificent sequenti die i
 armis assint urbem extremis viribus oppugnari. triduo ciuitatem militū direptioni futurā. Cōstituta die
 ieiuniū ad noctem vsq; seruatum. exinde lucentibus stellis inuitationes diuina passim habita ⁊ quisq; ami-
 cū p̄pinquū notūq; habuit cū eo hilaris epulat⁹ est. atq; vbi satis ē bibitū tāq; se deinceps nūq; visuri eēt
 amplexati exosculatiq; simul vltimū vale dixerūt. In urbe aut sacer dotes sacras ferentes ymagines sequē